



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXIX. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg die Pacht von 12 Hufen in Wendisch Zechow, am 21. Dezember 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

firmationis paginam infringere aut ei aliquo ausu temerario contraire, sub pena quinquaginta librarum puri auri, quam se incurrisse cognoscat post grauem indignationem nostram, quarum medietatem fisco nostro Imperiali, residuam vero partem injuriam passorum vñibus decreuimus applicari.

Signum Serenissimi principis et domini, domini Karoli, Romanorum imperatoris, inuictissimi et gloriosissimi Bohemie Regis.

Testes hujus rei sunt Illustris Rudolfus senior, Saxonie Dux, sacri Imperii Archimarschallus, et venerabilis Arnestus, Archiepiscopus Pragensis, Johannes Argentinensis, Fredericus Ratisponensis, Johannes Olomuensis, Theodoricus Mindensis, Episcopi, nec non Illustres Rodolfus junior, Saxonie, Primzko Tetschinensis, Johannes Opauensis et Bosco Falkenbergenses Duces et alii quam plures, presentium sub Imperiali nostri sigilli testimonio litterarum. Datum Prage, anno domini M. CCCXLV., Indictione VIII, non. Octobris, regnorum nostrorum anno decimo, Imperii vero primo.

Nach einer Abschrift in der von Dregerschen handschriftl. Sammlung.

XXIX. Markgraf Ludwig verleiht der Stadt Neu-Landsberg die Pacht von 12 Hufen in Wendisch Zechow, am 21. Dezember 1345.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. discretis viris consulibus et universitati civitatis nostre nove Landsperg presentibus et futuris, fidelibus nostris dilectis, appropriavimus et appropriare decrevimus per presentes pactum XII mansorum, sitorum in Slavicali villa Zechove, cum singulis pertinentiis, ad dictum pactum rite pertinentibus, eo jure, forma et condicione, quibus dictum pactum cum suis pertinentiis Ulricus, quondam rector molendinorum in Prinzla, a nobis in pbeodo tenuit hactenus, in antea sub vero appropriacionis titulo perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet pertinendum. Renunciantes etc. In cujus etc. testes Burggravius, Mutner, Wolfsteiner, Hele, magister coquine. Actum et Datum Berlyn, anno MCCCXLV, feria IV ante nativitatem Christi.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 312. Nach einem Copialbuche waren es 13 Hufen.

XXX. Markgraf Ludwig verpfändet der Stadt Berlin seine Hebung aus den Städten Neu-Landsberg, Morin, Schönfließ und Lippehne, am 5. Januar 1347.

Noverint vniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus, Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie Dux, Sacri Romani